



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De virginibus necdum velatis, quæ tamen in proposito virginali se  
simulauerant permanere. xii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**



pro illis se proclamauerint, petitioni eorū assensus præbeatur, nisi fortè Dei timore tactis, cum eorum licentia in religionis habitu perseuerent.

*Vt clerici ex ea Ecclesia, in qua semel legerint, ab alia non recipiantur. Cap. XI.*

*Ex cõcil. Africa-  
no. c. 57.* **I**tem placuit, vt quicumque in Ecclesia, vel semel legerit, ab alia Ecclesia ad clericatum non teneatur.

*De virginibus necdum velatis, quæ tamen in proposito virginali se simulauerant permanere. Cap. XII.*

*Ex decr.  
Innocenti  
pape, ca.  
20.*

**H**Æ verò, quæ necdum sacro velamine, tectæ tamen in proposito virginali semper se simulauerant permanere, licet velatæ non fuerint: si fortè nupserint, reuocandæ sunt, & agenda pœnitentia illis est: quia sponsio eorum à domino tenebatur. Nā si apostolus illas quæ à proposito viduitatis discesserūt, dixerat habere damnationem quia primam fidem irritam fecerunt: quanto magis virgines quæ prioris promissionis fidem frãgere conatæ sunt.

*De sanctimonialibus, si à proposito sacro deuiauerint. Cap. XIII.*

*Ex decr.  
eiusdem,  
ca. 19.*

**Q**UÆ Christo spiritualiter nubūt, si postea publicè nupserint, vel se clanculo corruperint, non eas ad nuptias tendas esse ad agenda pœnitentiam, nisi si se iunxerant, de mundo recesserit. Si enim de hominibus hæc ratio custoditur, vt quæcunque viuento viro alteri nupserit, adultera habeatur, nec ei agenda pœnitentia concedatur, nisi vnus ex his fuerit defunctus: quanto magis de illa tenenda est, quæ ante immortalis se sponsum coniunxerat, & postea ad humanas nuptias trãsmigrat.

*De eadem re. Cap. XIII.*

*Ex cõcil.  
Toletan.*

**D**E viris ac fœminis sacris, propositum transgressibus sacrum, procliuis cursus est à voluntate, & imitatrix natura vitiorum. Quamobrem quisquis viro mulierum habitum semel induerint, vel induerunt spontaneè religiosum, aut si vir deditus Ecclesiæ thoro, puellina fuerit, aut fuit delegata puellarum monasterio, utroque sexu præuaricator ad propositum inuitus reuocatur, vt vir detondeatur, & puella monasterium induciatur. Si autem quolibet patrocinio desertores per-